



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Pastorum quoque Vicarii, Capellani, & Adjutores; ordinaria auctoritate  
Archiepiscopali approbandi sunt ad curam animarum, n. 49.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

debet, munere fungantur, præsertim  
Dominicis & Festis diebus in celebran-  
no Missæ officio, concionando, cate-  
chizando, Ecclesiastica Sacramenta,  
quacunq; diei ac noctis horâ requiran-  
tur promptè ac devotè ministrando,  
cum debitis ritibus, cæremoniis, oratio-  
nibus ac precibus in Rituali Romano  
seu Pastoralis libro Coloniensi Agenda  
appellato, ad hoc religiosè præscriptis.  
Et si muneri suo desint, ad nos, no-  
strumve in spiritualibus Vicarium abs-  
que morâ deferant, pœna suspensionis  
ab officio, vel alia graviore arbitraria  
pro qualitate culpæ & scandali punien-  
dos.

*Pastorum quoque Vicarii, Capellani &  
adjutores ordinaria auctoritate Archie-  
piscopali approbandi sunt ad curam ani-  
marum.*

XLIX. Cùm non solum Pastoribus,  
sed etiam eorum Vicariis, Capellanis,  
eorumq; adjutorib<sup>9</sup> vel sociis cura ani-

D 4

marum

marum incumbat; proinde & ii de sufficientiâ suâ docere debeant, districtè inhibemus, ne ullus Pastorum Civitatis seu Archidiœcesis nostræ Coloniensis cujuscumque Vicarii, Capellani, adjutoris, vel socii operâ in Pastoralis suâ functione utatur, qui nostrum, aut nostri Vicarii in spiritualibus Generalis testimonium in scriptis non exhibuerit, quo testatum fiat, eum sufficienti examine inventum esse dignum & idoneum, qui in Vicarium, Capellanum, adjutorem vel socium Pastoralis officii tali loco cooptari possit; in quo testimonio etiam locum designari volumus: cum pro diversitate locorum aut personarum, quibus quis præficiendus erit, diversum esse possit, de præficiendi qualitate, iudicium. (a)

(a) *Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 4.*  
*Conc. Provinciale Colon. sub Hermanno V.*  
*p. 4. c. 6.*

Presby-